Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



enim ut illi aiunt finienda sunt supplicia reproborum: quandoq: ergo finienda sunt & iustorū gaudia:/ Si g̃ hoc uerū non est quod minatus est: neq: illud uerum est quod pmisit:/ At inquiunt:/ Ideo eternam penā minatus est peccatoribus. ut eos a ppetrati ōne peccatorū compesceret: quia creature sue: etna supplicia minari debuit ñ inferre:/ Quibus citius respondemus:/ Si falsa minatus est ut ab iniustitia corrigeret: etiam falsa est pollicitus. ut ad iustitiā prouocaret:/ Hec habet requiem die & nocte qui adorauerunt bestiam & imaginem eius: & si quis acceperit caracterē nominis eius:/ In die & nocte continuū tempus intelligitur: siue etiam uicissitudines penarum. iuxta illud: ad calorem nimiū transibunt ab aquis niuium:/ Vnde est. Erit tempus eorum in secula:/ Deficient enim miseri sine defectu: semp q: erit q̃d crucietur: quia semp ad cruciamenta reparabitur quod deferit:/ Hic idest in presenti uita patientia sanctorū est: qui dum considerant que sint sanctorū gaudia. & reproborū supplicia patienter omnia pferunt: ut in fine saluentur:/ Qui custodiunt mandata dī. idest precepta legalia. ut est diliges dn̄m dm̄ tuum. & ñ adulterabis. ñ furtum facies. & cetera his similia.

Et audiui uocem de celo dicentem:/ Scribe. beati mortui: qui in dno moriuntur:/ Hec uox tam ad ipsū iohannem ptinet quam ad omnes fideles: qui remunerationem sempiternam exspectant. Scribe in corde tuo & in cordibus auditorū tuorum.